





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-606201-p0002-6

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-606201-p0003-2

DFG



1697.

1. Beckmannus, Titianus : De Martino, Episcopo Turonensi
2. Beicus, Adrianus : Clavis ex proprio gladio seu  
de reforrissibus.
3. Beicus, Adrianus : De optione ad heredes transito-

ria.

1697 Beicus, Adrianus : De conjuncta manu. 2 Sept. 1697

1749.

4. Beicus, Adrianus : De indictis iuris inducitis.
5. Beicus, Adrianus : De cessione bonorum.
6. Beicus, Adrianus : De circulo creditorum
7. Beicus, Adrianus : In voluntario ad audiendum  
lectioinem cursonum (Senatus Session), occasione cuius  
disponitur et constitutobas Justiniani Imp. ecclesiasticis.
8. Brucknerus, Wilhelm Hieron : In voluntario ad audiendum  
lectioinem cursonum (Senatus Session), occasione cuius  
disponitur et constitutobas Justiniani Imp. ecclesiasticis.

9. Brucknerus, Wilhelm Hieronymus : De iuris dictiōne com-

muni . . .

1697 Brucknerus, Wilhelm Hieronymus : De clandestinis sponsa-  
libus iuratis

1697.

11. Grausius, Rudolphus Wilh., Decanus collegii medicis:  
Propentium : De symbolismo alterationum corporum  
ecclesiasticorum et terrororum / Disputationis inauguralis  
Georgii Henrici Rosenberg (promissum)

12<sup>a</sup> et 13<sup>b</sup> Friesen, Joh. Bernhardus: De conventione neorganatica  
= 2 Sept. 1697 - 1737.

13<sup>a</sup> et 14<sup>b</sup> Lycker, Nicolaus Christophorus: De iuribus peculii mil-  
itaris. 2 Sept. 1697 - 1753.

14. Lycker, Nicol. Christophorus: De militia togata

15. Muckern, Joh. Jacobus: De occisione furio nocturni.

16<sup>a</sup> et 17<sup>b</sup> Muckern, Joh. Jacobus: De jure partis majoris.  
2 Sept. 1697 - 1751.

17. Wedelinus, Georgius Wolfgangus: De spiritu vini.

18. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuri. decanus: De phila-  
osphia et 1. 2. 3. i. proxem. Programma in ang. electioni  
censoriae Joh. Christopori Bottigeri promissum

1697.

19. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuri's . . . Decanus :  
De regradatione ad 1.-2. C. Th. De curs. pall. et 1.3  
C. d. ames 1. et protect. / Programma in any (lectionis  
cursoriae Christiani Bonner praemissum).
20. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuri's . . . Decanus :  
De istitutio ad 1.2. P. de rag. mst. am. Program-  
ma in any (lectionis cursoriae Wilhelmus Rücker pre-  
missum).
21. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuri's decanus : Recan-  
tibus ad 1.2 P. n.s. dignit. ordo soro. Programma in any.  
(lectionis cursoriae Christophi Ponsat. Baumgärtner pre-  
missum).
22. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuri's decanus :  
Re imaginibus majorum ad 1. 22. P. ~~traductio~~  
dmin. lus. f Programma in any (lectionis cursoriae  
Johannus Ernesti Schelhase praemissum)



23. Wildoegel, Christianus : Ne iure portarum .
24. Wildoegelius, Christianus : Ne iure veri'lorum . .
25. Wildoegelius, Christianus : Ne co, quod justum  
et iusto tempore . .



7754. 2  
1694, 8  
**DECANI FACULTATIS JURIDICÆ**  
**WILHELMI HIERONYMI**  
**BRUCKNERI D.**


Pandect. Prof. Publ. Facultatis Juridicæ & Sca-  
binatus Asfessoris


*Invitatio*

ad audiendam lectionem Cursoriam,  
occasione cuius differitur  
de  
**CONSTITUTIONIBUS JUSTI-  
NIANI IMP. ECCLESIA-  
STICIS.**

---

Literis MULLERIANIS.





## Ustinianum Imp. duabus

rebus felicem, duabus infelicem quis non male reputaverit. Felicem ob tot tantaque bella prospere confecta, & leges non minus prudenti consilio conditas atque collectas, quam miro gentium moratiorum consensu probatas receptasque. Infelicem autem ob pessimam, quae obtigit ipsi, tori sociam Theodoram, & acerbum, quem natus est, rerum a se gestarum scriptorem Procopium. Adeo secunda in bello usus est fortuna, ut, quemadmodum Trajanus Imperium Romanum junctum, ita ipse divisum ad summam perduxerit potentiam; Unde a tot gentibus de- victis nominatus Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Gepidicus, Longobardicus. De legibus ab ipso promulgatis, quibus citra dubium perennem nominis sui debet memoriam, nihil jam attinet dicere; saltim obiter monemus, quod non sine omni inter duos Imperatores, a jure nomen habentes, Justinos scilicet, quorum alter ipsius, ipse alterius fuit avunculus, vixerit medius, JUSTINIANUS, dum JUS. INSINUAT(a), recte appellatus. Conjugium ejus cum Theodora, quam in negotiis Imperii participem fecit consilii (b), multis malis dedisse causam (c), alio tempore, ubi commodior se offeret occasio, uberior exponemus. Procopius in arcana historia, quam *αὐένδοτα* vocant, Imperatorem nostrum describit ut pessimum Principem, & aulam ejus sicut veluti omnium malorum lernam. Trivoltius (d) Gallus inquirens in causas, cur ille Imperatorem, a quo tamen magnis auctus fuerat honoribus, tam indigne per ora hominum traduxerit, inter alias hanc quoque adfert, quod

A Justini-

(a) per anagramma (b) uti ipse fatetur Imperator in Novell. 8. c. 1. (c)  
unde recte Baronius in Annal. ad ann. 535. n. 64. scribit: Felicissimus Justinianus extitisset, si Theodora conjuge caruisset. (d) in Apologetica, quam pro Justiniano contra Procopium scripsit, dissertatione.

Justinianus magno studio promoverit religionem Christianam, & Procopius ab ea fuerit alienus. Sed hoc non magis veritate nititur, quam illud nonnullorum (e) commentum, qvod Tribonianus, legum nostrarum architectus, non fuerit Christianus. Procopium enim Christianæ religioni fuisse addictum, nemini potest esse ignotum, qui attentius legerit librum ejus de Justiniani ædificiis; nec pro hæretico habendus est, dum in Imperatore damnat, qvod adversus illos pœnam statuerit capitalem, cum notante Vossio (f) hoc ideo fecerit, qyoniam aliquas fidei controversias tam difficiles judicabat, ut multi eas assequi non valeant. Sicuti autem ex aliis Procopii libris singularis modestia erga Imperatorem apparet, ita ex Arcana historia elucet effrenata convitiandi libido, unde multi viri docti existimant, hanc esse supposititiam (g), vel ad minimum interpolatam (h). Non est hujus loci, rem illam, haetenus nondum satis erutam, justa tamen evolutione dignam, indagare; propius ad institutum nostrum faciet, si, quo affectu arcana Procopii historia excipiatur, perpendamus. Juris civilis Cultores plerumque ringuntur, ubi suum Imperatorem ita proscindi vident, quamvis nonnulli (i) reperiantur, qui multum tribuant Procopii aven-  
do'7015. Communiter tamen a Clericis Pontificiis, præsertim Jesuitis, hæc magno in pretio habentur, quibus etiam obstetricantibus pef Nicolaum, nescio quem Alemannum, e Vaticana in lucem edita (k), deinde opera ejus notis illustrata (l). Quid enim de Imperatore nostro sentiant, Alemannus ille satis indicat, ubi sub initium editæ a se historiæ arcanae Procopii profiteatur, Justinianum non ita laudibus dignum esse, ut quidem  
hacte-

(e) ut Suidæ & hunc secuti Baronii in Annal. ad ann. 528. n. 2. confi Speckhanii Synopt. Exeges. Juris Cæsarei in protheoria §. 48. & seqq. (f) in Historiis Græcis (g) Guil. Caue in Histor. Liter. script. eccl. (h) Christf. VVæchler de Vet. jur. enucl. ad Nicetam Spilium (i) vide Alberici Gentilis dialogum sextum de juris interpretibus, ubi p.m. 64. scribit, quod Baro, Hotomannus & alii nositii toti pendeant a Procopio, & Justinianum, Tribonianum, reliquosque compositores juris nostri proscindant omni contumeliarum genere. (k) anno hu-  
jus seculi 23. (l) per Claudium Maltrait Jesuitam Tholosanum anno 1663.

hactenus Jurisconsulti crediderint; cum perversam de Christo  
foverit sententiam, & usurpaverit sibi licentiam, definiendi dog-  
mata legesque ecclesiasticas statuendi, saevitiam quoque exerce-  
rit erga Pontifices Romanos. Didicit hæc Alemannus a magi-  
stro suo Baronio, qui ob triplicem illam causam in Annalibus  
Justinianum passim exagitat. Enim vero saevitiam erga Pontifi-  
ces Romanos nullam exercuit, &, licet Vigilium Papam in exi-  
lium miserit, hoc tamen ideo factum, quod is Synodus Con-  
stantinopolitanam quintam, a Baronio quidem & post ipsum a  
Haloixio impugnatam, sed ab Henrico de Noris Augustiniano  
Monacho dedita opera defensam, rejiceret. Ex eo autem cum  
Concilium illud, Epistola ad Eutychium Patriarcham Con-  
stantinopolitanum exarata, & non ita pridem e MCto veteri,  
una cum Petri de Marca ad eam animadversionibus a Stephano  
Baluzio edita, approbare se profiteretur, revocatus est (m).  
Falsa sententia, quam Justinianus de Christo fovisse dicitur, est  
error Aphtartodocitarum, quo, uti refert Nicephorus (n),  
*multi monachi vita illustres & sacerdotes illo tempore fuerunt correpti; venit autem ille ex summo erga Christum amore. Imperator enim tanto in Salvatorem pietatis ardore flagrasse ab iis, qui res illius memoriae posteritatis mandarunt, dicitur, quanto alius ex iis, qui ante eum Imperium tenuerunt, ter maximo illo Constantino semper excepto.* Cum igitur magis excusandus  
quam accusandus sit error Imperatoris, & nulla appareat saevitia  
exercita erga Pontifices, contra vero ipse Baronius (o) fatea-  
tur, *Justiniano uniuersitate (vincendo scil. Persas, Gothos, Van-*  
*dalos & alios barbaros) quod nemini predecessorum Imperato-  
rum concessum fuerat; & tanta quidem eum promeruisse ex cultu  
sanctorum martyrum, veneratione eorundem sacrarum reliquia-  
rum, erectione novarum ecclesiarum, veterum collabentium re-  
stitutione, hospitalium domorum edificatione, extirpatione her-  
eticorum, inviolabili justitiae observatione, pravorum proscri-  
ptione*

(m) conf. Heideggeri Historiam Papatus Period. 2. §. 31. (n) lib. 17. c. 29. (o)  
ad annum 527. n. 44.



*ptione morum, propagatione vero virtutum, patrocinio bonorum  
atque profligatione malorum, quid igitur clericos quosdam Pon-  
tificios movet, ut tam infensi sint Justiniano, & propterea Pro-  
copii avendōla adeo in pretio & delitiis habeant? Non difficul-  
ter hoc potest animadvertere, qui attentius legerit Baronium,  
in vita Justiniani nimis operosum; scilicet id maxime ipsum urit  
& angit, quod in Corpore nostro Juris tot extent Constitutiones  
Justiniani, non tantum de rebus & causis ecclesiasticis agentes,  
sed & Episcopis, sacerdotibus & monachis normam vivendi  
præscribentes; hanc enim rem putat esse pessimi exempli, præ-  
sertim cum Corpus Civile Justinianeum hodie versetur in omni-  
um manibus, & non sine causa metuat, ne Imperatores, Reges  
& Principes Christiani, Romano Pontifici addicti, provocent  
ad Justinianum, & idem sibi licere contendant, quod olim  
pia antiquitas illi non denegavit. Nescit autem Annalium  
scriptor, quid hīc potissimum respondere debeat. Jam enim  
has adfert (p) excusationis causas 1.) *quod illis constitutionibus*  
*coerceri debuerint infrenes heretici, & petulantes Schismatici*  
*cobiberi atque soluti disciplina restringi.* Sed ob hanc causam  
hodie Papa non permitteret, a Principibus leges promulgari  
ecclesiasticas, præsertim ut clerici disciplina soluti in ordinem  
redigerentur 2.) *quod pars sit credere, omnes illas constitutiones*  
*esse Cœptorum Episcoporum, quas libentius eди illi voluerint*  
*nomine ipsius Imperatoris, ut validioris observantiae essent.* Nec  
etiam Papa hodie ferret, ut Episcopi, ad majorem observanti-  
am legibus sacris conciliandam, uterentur autoritate Princi-  
pum, quorum nomine prodirent illæ leges 3.) *quod non agat de*  
*rebus personisve sacris Imperatoria potestate, sed potius e sacro*  
*rum præscripto canonum, ut se in his non earum legum condito-*  
*rem, sed sanctorum canonum præferat executorem] atque custo-*  
*dem.* Hæc quidem ratio toties prætenditur & repetitur a Baro-  
nio, sed frustra: nam si Imperator canonum sanctorum execu-  
torem tantum se voluisse gerere, non opus fuisset, ut ipse leges  
eccle-*

(p) ad annum 528. 2. 1. n. 5.

ecclesiasticas, prout ferebant tempora & mores clericorum, conderet, sed præcipere saltim potuisset, ut hi vel illi canones Conciliorum observarentur. Et, si consideramus Novellas 3.  
5. 6. 7. II. 16. 22. 40. 42. 43. 46. 55. 56. 57. 58. 59. 65. 67. 76. 79. 81.  
83. 86. III. 117. 120. 123. 131. 133. 137. 140. 146. ad regimen & forum ecclesiasticum juxta modernam observantiam spectantes, & quarum una fæpe plura continet argumenta, E.G. Novella 123. diversi generis complectens 44. capita, quis non videt, illas non esse canones a Conciliis defumtos & executioni datos, sed leges a Justiniano pro ratione temporis & circumstantiarum latae? Mox Baronius succenset Patriarchis CPlitanis, in hæc erumpens (q) verba : *At incusari posse recordia atque timiditas Constantinopolitanorum Antistitum, finentium Imperatorem leges ferre super omnes Episcopos, atque non secus ac ipsum caput Ecclesie vel Concilium Episcoporum, Episcopis aliisque sacris Dei ministris iura prescribere.* Sed cur Pontifices Romani Felix, duo Johannes, Agapetus, Silverius, Vigilius, & Pelagius, qui omnes Justiniani tempore vixerunt, & toties literas a Baronio relatas ad ipsum dederunt, eum singulis ferme annis constitutiones ecclesiasticas vulgantem, vel verbulo non admonuerunt, ut falcem non in sacram suam messem immitteret? Imo Vigilius Papa, dum in literis ad Imperatorem scriptis, & a Baronio (r) productis, Deo gratias agit, quod non Imperiale solum, sed etiam sacerdotalem animum Justiniano concesserit, grato agnoscit animo, quod tantam hic Ecclesie curam gerat. Tandem Baronius (s) in ipsum invehitur Imperatorem, contendens, illum sibi nimium arrogasse, & contra ius fasque presumisse, ac divinarum rerum factum invasorem, divinis rebus se miscuisse, qui humanis tantum fuisset praefectus rebus. Mortuum etiam ante horrendum majestatis divinæ tribunal sifit (t), fundans se potissimum in sententia Procopii, quem luculentum illius temporis vocat historicum. Enimvero hanc iniquitatem nec ipsi moderni moderatiores Ro-

mano-

(q) ad dictum annum n. 8. (r) ad annum 540. n. 15. (s) ad annum 528. n. 10.  
ad an. 541. n. 20. (t) ad an. 565. n. 6.

mano - Catholici æquo ferent animo. Evidem nullus Imperatorum magis studuit augere privilegia clericorum, & fimbrias dilatare Pontificum Romanorum, quam Justinianus Imp. noster, & hoc etiam gratissimamente agnoscebant illius temporis Pontifices & Clerici. Sed jam mutata sunt tempora, & post Gregorium VII. alia invaluit opinio. Sic cum ipse Baronius (u) ex l. 8. C. de summa Trinit. referat, quod Johannes Papa in literis ad Justinianum scriptis grato deprædicet animo, quod ille cuncta sedi Romanae subjiciat, nihilominus, cum alio loco (x) ex Novell. 131. c. 2. adduxisset, quod Imperator Romano Episcopo primum, & C. Plitano secundum slocum sanctione sua firmasset, subjicit: *sic non tam ex jure Canonum sed sibi arrogat Imperator, quam contrajus omne fasque præsumit*; scilicet ne Papæ dignitatem suam acceptam ferre videantur Imperatori. Plures autem leges ecclesiasticae non tantum Justiniani sed & aliorum Impp. occurrunt in titulo Codicis de Episcopis & Clericis, e quo lectione cursoria explicandam l. 15. sumvit Nobilis. Candidatus

## DAVID SIMON

De cuius ortu, studiis, & peracto hactenùs vitæ genere, prout moris est, jam pauca quædam dicenda restant. Editus est in hanç lucem Wittebergæ Saxonum, anno hujus seculi sexagesimo sexto d. 24. Octobr. Patre viro Maxime Reverendo, JOHANNE SIMONE, Philosophiæ Magistro, & tunc Facultatis ejusdem Adjuncto seniore, nec non oppidanæ, quæ ibidem est, Scholæ Rectore, jam verò SS. Theol. Licentiato, & in Lusatia inferiori apud Kirchhaynenses Pastore Primario, vicinarumque Ecclesiarum Superintendente; Matre ANNA, M. DAVIDIS SCHUTZII propè Stolpenam, quæ est in Misniâ, apud Dittersbacenses olim Pastoris filiâ. Hæc cum præcipitato fato in vivis esse desisset, atque Parens circa initium anni.

(u) ad an. 534. n. 15. (x) ad an. 541. n. 21.

anni M D C L X I X . secundis sibi nuptiis juxisset tunc virginem  
 non minus generē quam virtutibus splendidam MARIA M  
 KUNADIANAM (cujus propensum in se affectum eo gra-  
 tiori Noster agnoscit animo , quo rarior ille solet esse in nover-  
 cis ) ab utroque sollicitè educatus , Christianæque pietatis prin-  
 cipiis instructus , primūm domesticorum Præceptorum , Ad-  
 modum Reverendorum , M. DANIELIS ILGENII , jam  
 Deliciensis Ecclesiæ in Misnia Archidiaconi , & M. CHRIST-  
 MANNI BORNMANNI , jam in agro Lipsiensi apud Lit-  
 schænenses animarum Pastoris disciplinæ atque informationi  
 traditus , & , cum per quatuor annos sub his non parum in literis  
 profecisset , postea ætatis anno duodecimo , in Electoralem  
 scholam Portensem missus est , ubi per quinquennium Amplissi-  
 mi Senatūs Sorbigensis beneficio vixit , & ductu M. JOHAN-  
 NIS GEORGII LAURENTII p. m. tunc Rectoris atque  
 Collegarum , tanta in græcis & latinis jecit fundamenta , ut jam  
 dignus judicaretur studiis Academicis . Igitur cum mense De-  
 cembri A. M D CLXXXII I. in patriam rediret , Parens de fe-  
 liciori studiorum filii sui progressu solicitus optimo consilio il-  
 lum priùs à se dimittere noluit , quām disciplinis , quas vocant ,  
 philosophicis cum altero , quem piè jam defunctum luget , filio  
 eum pleniùs instruxisset . Itaque Logicam primūm , mox Me-  
 taphysicam , Physicam etiam , Pneumaticam , Ethicam & Poli-  
 ticam , quin & principia Mathematica more Academico non sine  
 industria tradidit , & privatis suo sub præsidio disputationibus  
 excultum ad Theologiam positivam , eō quod sacris studiis tunc  
 non invitus destinaretur , perduxit . Hisce non contentus Can-  
 didatus noster , ubi A. M D CLXXXV. in Academiam Lipsi-  
 ensem se contulit , præstantissimorum & celeberrimorum Viro-  
 rum Alberti , Menckenii , Rechenbergii & Schmidii Collegia  
 Philosophica publice privatimque frequentavit , quorum infor-  
 matione & imprimis exercitii disputatorii consuetudine factum ,  
 ut progressus jam in publicum , conscriptam proprio Marte dis-  
 sertationem de fœminâ Rege minorenni Imperium administrante

B

a.º.



aō M. DCLXXXVII. sub præsidio Consultissimi D.  
**CHRISTIANI WEIDLINGI** strenue defenseret. Et  
quanquam non abhorrebat à parentum consilio, qui sacræ  
Theologiæ ipsum dicaverant, sensit tamen, se occultâ quādam  
inclinatione ad Jurisprudentiæ studium trahi. Cui cum re-  
fragari nollet, neque Parens repugnaret, primū Magnifico  
**ANDREÆ MYLIO** Instit. Imp. P. P. legitimæ scientiæ ele-  
menta publicè tradentī adfuit, mox Excellentissimo D. LU-  
DERO MENCKENIO easdem Institutiones Justinianeas,  
nec non Compendium Lauterbachianum explicanti, maxime  
verò Nobilissimo JACOBO ARNOLDO de RYSEL,  
cujus fidelitatem & benevolentiam plurimum deprædicat, jam  
Institutiones Justinianeas, mox Jurisprudentiam Struvianam Ro-  
mano-Germanicam, & Compendium Lauterbachianum, quin  
& Jurisprudentiam naturalem, officiumque Hominis & Civis ad  
methodum Pufendorffianam, nec non iura feudalia tradentī  
sedulus adhæsit, ad extēnum etiam Consultissimos Viros D.  
**GOTTL. GERH. TITIUM, D. LEONHARDUM**  
**BAUDISIUM, D. GOTHOFRIDUM BARTHIUM**  
docentes indefesso studio sectatus est, Scholis quoque Dispu-  
tatoriis sæpius interfuit, prout res ferret, jam Opponentis, jam  
Respondentis functus munere. Providebat interea, ne sumptus  
ulterioribus studiis deficerent, benignissimum Numen, ut Se-  
renissimi Principes ac Domini, Dominus **JOHANNES**  
**GEORGIUS III.** & Dominus **CHRISTIANUS I.**  
uterque Dux Saxoniæ &c. ille Elector, hic Postulatus Admi-  
nistrator Episcopatus Martisburgensis, ille ad quinque, hic  
ad tres annos de amplissimis stipendiis ipsi clementissimè prospī-  
cerent Lapso inter hæc quinquennio Academico tantum eni-  
tuit virtus Nostri Candidati, ut Generosissimus **JOHANNES**  
**THEODORUS de BRAUN**, Dynasta in Schoenau, ipsum  
filio natu minimo **JOHANNI ERNESTO** in moderato-  
rem studiorum exposceret: quod munus aō M. D CLXXXIX.  
imponi sibi passus ex Academiâ Lipsiensi Rosæburgum divertit,

animo



animo invisendæ mox Academiæ Juliæ. Eo verò consilio svasu  
Patronorum mutato, tenax de cœtero propositi ad Academiam  
redeundi, aô MDCXC. ad nostram venit Salanam, & Scho-  
lis famigeratissimi D. JOHANNIS GEORGII SIMO-  
NIS, quibus in explicandis Pandectis, Jure item feudali atque  
publico, necnon Hugonis Grotii opere de Jure belli & pacis  
occupabatur, interesse voluit, quo eodem etiam Præside ad  
consueta exercitia disputatoria reversus in examinandis intra  
privatos parietes Exercitationibus Ludvwellianis ter Responden-  
tis, & duodecies Opponentis vices suscepit. Prælectiones quo-  
que publicas Summorum Virorum NICOLAI CHRISTO-  
PHORI LYNCKERI & CHRISTIANI WILD-  
VOGELII, hujus in Pandectas, illius in Jus Canonicum in-  
stitutas adiit, ex quibus se non parum in jure profecisse fatetur.  
Postea Parentis voluntate ad studia forensia vocatus, conscripta  
erudita dissertatione Juridicâ *de fœnore & fœnatoribus*, &  
præside Illustri WILDVOGELIO A. MDCXCI. publice  
cum laude defensa Musis nostris valedixit. Hujus commen-  
datitiis, ad Magnificum D. JOHANNEM ÆGIDIUM  
ALEMANNUM, JCtum, Seren. Elect. Sax. Consiliarium  
Aulicum, instructus cum Dresden venisset, insperatum pa-  
troninum atque favorem ultroneum viri Excellentissimi D.  
MARCI DORNBLUTH Consiliarii Electoralis Saxonici,  
& Dresdenis Senatus jam Consulis invenit, cuius hospitio & con-  
victu liberali per triennium exceptus, nec minus eo duce ac ma-  
gistro in tractandis fori controversiis fidelissimo gavisus est, post-  
quam Elector Serenissimus ad prævium inclytæ Facultatis Juridi-  
cæ Lipsiensis examen, & interpositam de compertis profectibus  
fidem, præstito solenni juramento ipsi facultatem prodeundi in  
forum consueto diplomate clementissimè concesserat. Exacto  
sic inter forense tyrocinium triennio, expetiit ipsum in Aetuum  
vir Nobilissimus JOHANNES SIGISMUNDUS  
LEISTERUS, Præfector Dresden; nec respuendam duxit  
blatam conditionem eâ tempestate, quâ processu tūm inquisi-  
torio


rogo tūm civili variigenetis instrudissimum, si quod aliud per Saxoniam, erat judicium, & proinde occasio penitiora utriusque processus accuratiū cognoscendi non defutura videbatur; nec denegata facultas, causarum patrocinium in aliis judiciis suscipiendi. Sustinuit eas partes per biennium, & quod excurrit, mortuo autem præfecto Potentissimus Elector administrationem yacantis præfecturæ, donec alius in locum demortui succederet, ipsi clementissimè commisit, dignatus etiam per trimestre illud spatum, quo perduravit vicaria functio, non solum Cameralia, quæ vocant, & Jurisdictionem omnem præfecto competentem ipsi concredere, sed & Commissionis generalis tenorem in omnibus & singulis causis sive Civilibus sive Criminalibus, vi Commissionis à defuncto nuper Præfecto susceptis plenissimè in ipsum proferre. A quibus negotiis, cum jam mense Decembri anni proximi, quo præfectus novus spartam sibi commissam adiit, discesserit, acriori nunc studio forensibus exercitationibus adfuturus, repetiit nuper hanc Academiam, & datis ad Facultatem nostram literis modeste rogavit, ut exploratis ejus in studio juris profectibus ipsum ad edenda specimina inauguralia admitteremus, & post hæc licentiam concederemus, summos in Utroque iure capiendi honores. Honesto huic desiderio annuentes talem invenimus, quem ob singulares ingenii dotes, raram juris & bonarum literarum scientiam, & haud proletariam praxeos culturam omnibus committimus. Quamobrem Magnificus Academiæ Rector, Aulæ Academiæque Proceres Venerandi, Doctores, Magistri, Studiosi, & Hospites omnium ordinum honoratissimi, ea qua par est observantia & humilitate rogantur, ut cras hora X. quâ lectio Cursoria ad l. 15. C. de Episcopis & Clericis habebitur, in Auditorio JCTorum frequentes compareant, nem gratissimam nostræ Facultati & Nobilissimo Candidato facientes. Benevolentiam hanc officiis & obsequiis nostris quavis occasione oblata demereti studebimus. P. P. Jenæ d. XII. Decemb. MDCCXCVII.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt


urn:nbn:de:gbv:3:1-606201-p0021-1

DFG



Jena, Diss., 1697 (7)

ULB Halle  
004 389 646



3

Mus 1+15

WNB



# Farbkarte #13

B.I.G.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres																		
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
Black																		
White																		
3/Color																		
Blue																		
Cyan																		
Green																		
Yellow																		
Red																		
Magenta																		
Black																		

## ACULTATIS JURIDICÆ MI HIERONYMI CKNERI D.

Publ. Facultatis Juridicæ & Sca-  
natus Asfessoris

*Invitatio*  
n lectionem Cursoriam,  
one cuius differitur  
de  
UTIONIBUS JUSTI-  
IMP. ECCLESIA-  
STICIS.

eris MULLERIANIS.

1697,8

12

X 9

72